

PAVLI DE
PALACIO GRANATEN-
SIS, S. TH. D. ET IN INCLYTA
Lusitanorum Conimbricensi Aca-
demia, S. Scripturæ
Professoris,

ENARRATIONES in Sacrosanctum
Iesu Christi Euangelium secundum
Matthæum.

Omnia Ecclesiæ iudicio submissa sunt.



ANTVERPIÆ,

In ædibus Viduæ & hæredum Ioannis

Stelfij. M. D. LXXII.

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO.



P A V L I D E

P A L A C I O G R A N A T E N S I

S A C R A E T H E O L O G I A E

C O N I M B R I C E N S I A C A D E M I A E

S V M M A P R I V I L E G I I .

Regia maiestas permittit viduæ & heredi-
dum Ioannis Stelsij, vt *Enarrationes*
Pauli de Palacio Granatensis, Sacræ Theolo-
giæ Doctoris, & in inclita Lusitanorum
Conimbricensi Academia, S. Sacræ Scripturæ
Professoris, impunè imprimerent, & per
omnes regiones suas distraherent, veluti
latius patet in literis eisdem ab eadem Ma-
iestate, 10. Maij. Anni 1571. concessis &
subsignatis.

I. De la Torre.


A N T V E R I A E
In rebus Vobis & hancolum Ioannis
Stelsij. M. D. LXXI.
CUM GRATIA ET PRIVILEGIO

SERENISSIMO
PRINCIPI, ET CARDI-
NALI AVGVSTISSIMO,
HENRICO, Maximi
Regis Emmanuelis
filio, &c.

PAVLVS DE PALACIO,
S. D.



ONSECR AVERAM
olim celsitudinis tuae, Pontifex &
Princeps Augustissime, primum
ingenij mei specimen, id est, Scholia,
quae mihi in Caietani Summam
edere, & in lucem proferre man-
dasti. Opus quidem illud exiguum: sed profecto nec
ingratum, nec inutile. En nunc iterum prodeco, longius
multo difficiliusq; opus, Commentaria scilicet in D.
Matthaeum, C. tuae consecraturus. In quibus, omnia
ferè, quae summis ingenijs, exquisitaq; doctrina Theo-
logi in D. Matthaeum scripserunt collegi. Quibus ea,
quae mihi multum, diuq; cogitantè, noua occurrerunt,
adieci: atque ita opus composui, non spernendae, vt
spero, utilitatis. Id verò, C. tuae multis nominibus
erat dedicandum. Primum, quòd omnia mea, imò &
me ipsum, me tibi debere, nemo est, qui possit igno-
rare, si me cognouerit. Deinde, cui debetur Euangelij
enarratio, nisi illi cui est in vniuerso hoc regno Euan-
gelij cura commissa? id est: Cui fidei explicatio de-
betur, nisi summo Fidei Censori? Imò verò cui potius
erant nuncupandi Commentarij in Euangelium,
† 2 quàm



PAULI DE PALACIO, IN EVANGELIVM
IESV CHRISTI, SE-
cundùm Matthæum,
Proœmium.



ACRI huius libri titulus est, E-
uangelium secundùm Matthæum,
vt Græci codices habent. Porro
Grammatici docent, Euangelium
significare lætum nuncium: licet
asserant, significare etiam ea mu-
nera, quæ fœlicia nuncia afferenti

dari solebant: & ea sacrificia, quæ pro lætis nuncijs
dijs suis, antiquitas offerebat. Hoc loco planum est
Euangelium accipi, pro nuncio læto, sicut & Apostoli
hoc verbo semper vsi sunt. Reliquum igitur est vi-
dere quòdnam hoc nuncium sit aded fœlix & fau-
stum: vt per antonomasiam Euangelium dici me-
ruerit. At quia res & grauissima, & huius libri radix
solidissima est, idcirco mihi explicanda altius erit.

Creatus est homo in bonis omnibus quæ & illum
à Deo recipere, & Deum illi donare decebat. Creatus *1. Cor. 6.*
est itaque in gratia, & ideo deiformis, vnusque cum *Gen. 1.*
Deo spiritus. Id enim arbitror esse, quod in Genesi *Ita Ciri-*
dicitur: Ad imaginem & similitudinem suam creauit *lus.*
eos: quasi diceret: Deos quosdam similes sibi fecit.
Creatus igitur Adam, & reliqui in eo homines, amici
Dei, filij Dei, hæredes Dei, mundi domini, dij quidam: *Psalms 8.*
nihil igitur erat illis aduersum, nihil eos affligere
aut turbare poterat. Reges enim erant, quibus omnia

Paul. de Palacio.

a ferè



PAVLI DE PALA-
CIO, IN SANCTVM IESV
CHRISTIEVANGELIVM,
secundùm Matthæum, Enarrationes
præclarissimæ.

CAPVT I.

Liber generationis, &c.



VM LECTOR, audis, *Liber gene-
rationis Christi*, tuos oculos surrige, &
intellige, quòd sicut Moyses edidit li-
brum, quo mundi, cœli & terræ, avium,
piscium, plantarum, animalium, & tan-
dem hominis genesim recensuit, quo
libro, veteris mundi generatio contine-

tur: ita & Matthæus hoc libro, noui cuiusdam orbis, nouæ
creaturæ, nouæ Ecclesiæ, nouæ legis, noui Pontificis,
nouorum Apostolorum, nouarum virtutum, & tandem
nouorum hominum generationem recensere contendit.
Ita dictum fuerat à Deo per Isaiam: *Ecce ego creo cœlos* *Isai. 65.*
nouos, & terram nouam, & non erunt in memoria priora:
non ascendent super eor, sed gaudebitis & exultabitis in
sempiternum, in his quæ ego creo. Quibus verbis signi-
ficatum est, mundum hunc nouum, quam antiquus, futu-
rum maiorem: vt antiquus nouo collatus non hominum
sit memoria dignus.

Et equidẽ liber quo Moyses totius mundi generationem
complectitur, ab ipso Moyse, *Liber generationis Adam,* *Genes. 3.*
vocatus est. Quia videlicet, quæ mundi ambitu continen-
tur, Adæ

*Pfal. 50.**Pfal. 22.**Iob 17.**Ysaie 8.*

enim erat, Non timebo mala, quoniam tu mecum es. Et rursum: Pone me iuxta te, & cuiusvis manus pugnet cōtra me. Confortamini tyranni, accingimini dæmones, inire consilium sapientes, loquimini verbum hæretici: nihil horum succedet, quia nobiscum Deus.

Tobia 3.

Quod si futura nos bona pelliciunt: quod tandem pignus ea adipiscendi nobis exhiberi poterat, quàm quòd adlit non Raphaël Tobiaë, sed Dominus ipse nobiscum: qui vere viam in cœlum scit, & cœlestia solus dona possit elargiri?

*Scilicet in
Const. cons
gregatis.*

Rursum ex his verbis authoritas Concilij nunquam erratura colligitur. Quomodo enim illa errabit Ecclesia, cū qua Christus est: cui Christus præsidet: in qua concilij decreta ipse definit? Quid ergo per riuulos distineor, & non ad ipsum Euangelij fontem accedo? Equidem præceperat Christus Apostolis, & Pontificibus post eos successuris, vt docerent gentes, baptizarent, gubernarent. Ad hæc igitur tria præstanda Christus suam præsentiam pollicetur. Nunquam ergo in doctrina, ritibus, gubernatione, à Pontificibus errabitur. Aliòqui si errandum erat in istis, sine Christi præsentia errari poterat. Ergo si Christus nobiscum est, intelligamus nostram Ecclesiam cœlum esse. Cœlum enim Deo sedes est, quæ igitur in cœlo, Dei præsentia præstat: hoc nobis Christum præstiturum intelligamus,

Ysaie vlt.

si nos nobis: non decisse
vclimus.

APPROBATIO.

Commentarius hic doctus est, & non sine magno fructu studiosorum, imprimetur.

Sebastianus Baer Delphius, insignis Cathedralis Ecclesiæ S. Mariæ Antuerpiensis Plebanus & Canonicus.

Typis Iacobi Heybergij.